

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

Jahr: 1743

Kollektion: Zoologica

Werk Id: PPN369546733

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546733> | LOG_0179

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546733>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

ritum excitant. Ejus fructus forte erunt juli longi instar illorum *Cauda felis*, non rubri, sed albi vel vire-scentes, nullum notabile gerentes semen. Sauciatius truncus lac quoque fundit, estque circa cor concavus, lignum ejus leve est & inutile, immo ipsi foco non utile est, quum ignem non alat.

Ob magnum ejus usum, & ut continuo multæ ejus arbores ad manus essent, vetusti trunci prope radices excidebantur, quum hi multos emittant furculos, qui transplantantur. Horum medius cortex seu liber eodem maceratur modo, contunditur, subigitur, inque mensa extenditur, & ad solem exsiccatur, uti supra memoratum est. Ejus frusta dein in quadratam scinduntur formam, quorum partes adglutinantur, ac lapide poliuntur, unde tam compactam adquirunt massam, ac si unica esset vestis, ex qua amplos formant saccos, qui duobus sufficerent hominibus: Hi sonitum edunt chartaceum, nihilominus sunt lenti, nec rimas facile agunt, si modo ab humido præserventur. In hisce dormiunt tam viri quam feminae, quum leves sint, & refrigerio inserviant, sique aliquamdiu tractati fuerint, istum sonitum non edunt ac mollescent, rudiores sunt præcedentibus, sed non ita crassi, quam vulgaris nostra charta emporetica, coloris sordide albentis, seu flavescens, omnino instar Javanorum *Daluwan*, unde & optime valent ad quævis hisce involvenda & inpingenda. Tam subtiles vidi saccos, ut nullas futuras exhiberent iis in locis, in quibus adglutinati essent, quum vero sordidi sint, in aqua marina leniter eluendi sunt, non autem circumvolvendi, sed iterum explicandi, & ad solem exsiccandi, dissolutæque futuræ iterum sibi inponendæ, ac levi lapillo seu porcellano corniculo poliendæ.

Hæc secunda vestimentorum species in Tambocco vocatur *Inike*, Malaice *Boedja*, utraque vero Javanis *Daluwan* dicuntur.

kanten gezaagt, ruyg en bayrig, dewelke op de buyd een jeuken maken. Zyne vruchten zullen zyn lange staarten, gelyk die van *Cauda felis*, niet rood, maar wit of groen-achtig, zonder kennelyk zaad. De gequetste stam geeft meede melk, omtrent 't bert bol, 't bout is ligt en ondeu-gent, zelfs tot het branden onbequaam, om dat het geen vuur houdt.

Wegens zyn groot gebruyk, en om dat men gestadig veele boomen by der hand zoude hebben, zo plag men de oude stammen by de wortel om te bouwen, wanneer de-zelve veele scheuten uytgeeft, die men dan afsteekt en ver-plant. De middelste bast bier van werd op diergelyke manier geweekt, gekneed, op een tafel uytgebreyd, en in de Son gedroogt, als voren. De stukken werden daar na vierkant gesneden, met de aarden op malkander geplakt, en met een steen gelikt, zo werd het zo vast als of het een kleed was, daar uyt ze dan groote wyde zakken maken, waar in twee perzonen gemakkelek konnen gaan. Deeze kleedjes rammelen als papier, niet te min zyn ze tay, en scheuren niet ligt, als men ze maar voor vogtigheid be-waart. Hier in slapen zo wel mannen als vrouwen, om dat ze ligt en koel zyn, ook door 't handelen dat ramme-len verliezen, en gedweeg werden; zy zyn wat groover dan de vorige, dog qualyk zo dik als ons gemeen pak-papier, vuyl-wit of geelachtig van couleur, 't eenemaal als 't Javaanse *Daluwan*, daarom ze ook zeer bequaam zyn om alderbande goed daar in te winden, en te pakken. Men vind zodanige zakken, die zo subtiel op malkander gepapt zyn, dat men de voegen qualyk bekenen kan; wan-neerze vuyl geworden zyn, moet men ze in zeewater zag-jes kneeden, zonder wringen weder uytbreiden, en in de Son drogen, de losgegaane voegen weder op malkande-ren leggen, met een ligt-steen of Porcellaan boornije we-der overstryken.

Deze tweede soorte van kleedjes, noemt men op Tam-bocco *Inike*, op Maleys *Boedja*, en alle beyde op Ja-vaans *Daluwan*.

CAPUT NONUM.

Caprificus aspera. Gobi.

Hæc species *Ficum Indicarum* silvestrium pecu-liare constituit genus, ab antecedentibus quam maxime diversum, atque in binas dividitur spe-cies, in latifoliam nempe & angustifoliam.

Primo *Gobi latifolia* mediocris est arbor, obscure viridi seu nigricante cortice obducta: Ejus folia inæ-qualis sunt magnitudinis, quædam enim novem & de-cem pollices longa sunt, sex digitos lata, quædam quinque & sex pollices longa, quatuor digitos lata, sed cuncta prope summum latissima, & citissime an-gustata in acutum desinunt apicem, inferius binis rotundis auriculis donata, ad oras non quidem den-tata, sed hinc inde angulosa & sinuosa sunt ac si den-tata essent, in junioribus vero arboribus maxime dentata sunt: Sunt autem obscure viridia, sicca, & firma, ad tactum rugosa, ac fere spinosa, præsertim ab inferiore ipsorum parte. Paucis pertexta sunt co-stis transversalibus, quæ late distant, interstitia vero sunt inæqualia, multisque venulis repleta instar *Va-ringæ*, brevibus ac crassis insident petiolis, plerum-que obposita, sed non certum observant ordinem.

Fructus non tantum ex cunctis excrescunt ramis, sed ex ipso etiam trunco usque ad radices, & ubi de-nudatæ sunt, qui vero ex furculis progerminant, so-litarii dependent, grossulos referentes ex foliorum alis, suntque rotundi instar globuli sclopeti, ac su-perius umbilicati, pallide virentes, albis ac cæreuleis maculis notati, ad tactum rugosi.

Caro exterior alba est & granulosa, & dentibus in-cisa viscosa, sed lacte caret, intusque granula conti-net uti *Fici*, qui vero ex trunco propullulant, race-mosi sunt plures simul dependentes. Ex minoribus ramis & foliis nullum exsudat lac, sed tantum succus penitus viscosus & lacteus ex trunco exsistit, uti & ex fructibus ab illo pendulis.

Sponte crescit in vallibus, quidam vero ipsam plan-tant prope ædes per arbusculas.

Hæc

IX. HOOFDSTUK.

De ruyge wilde Vyge-Boom.

D Eze soorte van wilde Indiaansche Vygen, maakt een byzonder geslagt op zig zelfs, van de voorgaande merkelyk verschillende, en verdeeld in twee soorten, grootbladige en kleenbladige.

Eerstelyk: Grootbladige Gohi, is een middelmatige regte boom, met een donker-groene of swarte schorsse. De bladeren zyn van ongelyke grootte, want zommige zyn 9. en 10. duymen lang, 6. vingers breed, zommige 5. en 6. duymen lang, 4. vingers breed, alle na voren toe op 't breedst, schielyk in een langachtige spitze toelopende, agter met twee ronde billen, aan de kanten wel niet gekerft, evenwel hebbenze hier en daar bogtjes en boekjes als tan-den, maar aan de jonge boomen zyn ze merkelyk getand. Zy zyn donker-groen, droog, en styf, ruyg in 't aantasten, en bykans stekelig, byzonderlyk aan de onderste zyde. Zy hebben weinige dwars-ribbetjes, en die wyd van malkan-der, de spatien tusschen dezelve zyn ongelyk, en met veele adertjes doorregen, als *Varinga*; zy staan op dikke en korte steelen, meest tegen malkanderen, dog houden geen vaste order.

De vruchten wassen niet alleen aan alle de takken, maar ook aan den stam, tot aan de wortel, en waar de-zelve bloot leyd; die aan de ryskens wassen, hangen en-keld, gelykende jonge Vygen, uyt den oorspronk der bla-deren, rond als een Musquet-kogel, en voor met eenkleen kuyltje, bleek-groen, met witte en blaauwe stippeltjes, ruyg in 't aantasten.

Het buytenste vleesch is wit en korlig, kleverig in 't byten, doch zonder melk, binnen met korls gelyk andere Vygen, die aan de stam wassen, hangen met trosjes by malkander. Uyt de kleene takjes en bladeren vloeyd geen melk, maar slegts een weinig kleverig en melkachtig sap uyt den stam, als mede uyt de vruchten daar aan was-sende.

Hy wast van zelfs in de Valeyen, zommige planten hem ook by baare buyzen, met de jonge boompjes.

Deze

Hæc species iterum subdividitur in albam & rubram, foliorum & fructuum forma haud multum diversa, harum una albas & pallide virentes gerit foliorum venas & costas, altera vero costas & venas habet rubentes seu fuscas, quales & fructus sunt. Hæc latifolia species, ac præsertim juniores hujus arbores aliquando folia producant quatuordecim pollices longa, octo lata, superius latissima, ad oras parum sinuosa vel fere integra & æqualia, ab utraque parte rugosa & fere spinulosa, in vetustioribus vero arboribus superne glabra sunt.

Secundo, *Gobi angustifolia*, quæ mas habetur, folia gerit quinque, sex, & octo pollices longa, tres digitos lata, in longum apicem desinentia, integra, nec ferrata nisi in junioribus arboribus, quæ raros gerunt & amplos dentes, sique retrorsum fricantur, spinulæ observantur, quorundam vero oræ sunt sinuosæ, superius glabra sunt, inferius rugosa, ac prope petiolum tres nervi concurrunt, quorum bini laterales prope oras decurrunt, tenuibus porro pertexta sunt venulis uti *Varinga*; ex singula folii ala fructus dependet *Siri Boppar* fructum referens, sed minor est, ac rotundus, & magnitudinem globuli sclopeti obtinet, externe viridis, albisque maculis punctatus, rugosus, ac fere spinosus, si retrorsum fricatur, intus granulis repletus, instar *Siri Boppar*. Ex abrupto fructu copiosum exstillat album lac, ex foliis vero rarum.

Hæc species etiam subdividitur in rubram & albam, harumque varietas tantum in colore venarum adparet.

Tertia insuper *Gobi* species occurrit, quæ glabra vocatur, a præcedentibus maxime diversa; ejus enim folia sunt oblonga, sensim acuminata, in medio latissima, inferius auriculata, ubi & tres nervi concurrunt, hujusque folia, petioli, & fructus omnino glabri sunt, ac porro angustifoliæ *Habuol* cap. 7. descriptæ adeo similis, ut potius ad illam referrem, quam ad *Gobi*, sed vulgarem hac in re sequi cogor morem.

Anni tempus. Cunctæ *Gobi* species fructus Junio producant & subsequentibus mensibus pluviosis.

Nomen. Latine *Caprificus Amboinica aspera*. Malaice & Ternatice *Gobi*. Amboinice in Hitoea *Sajor Wassa* & simpliciter *Wassa*. In Leytimora *Utta Sasium*, h. e. *Sajor coctus*. Baleyice *Haüt Adam*. Macassarenses quidam hanc vocant *Krotje*, quæ ambo nomina communia sunt cum antecedente *Caprifico angustifolia*, & subsequenti *Mussu*.

Locus. Crescit potissimum in insulis Moluccis, in aliis etiam aquosæ Indiæ occurrit locis, in Java, Baley, &c. rugosa vero ejus species ibi non ita nota est quam in hisce Orientalibus regionibus.

Usus. Utræque species ad cibum adhibentur, tenera nempe ipsarum folia mollia adhiædunt, sive cruda cum *Bocassan*, sive cocta cum alio *Sajor*, fructus autem crudi non sunt edules, unde in aqua fortiter coquantur, donec mollescant, sed rugosus ipsorum cortex abraditur vel absconditur, tumque cibis est plebejus, defectu nempe alius cibi, satis bonum itaque subsidium est in solitariis insulis vel silvis, novique incolæ, qui per tempestates in tales prolapsi locos, diu vitam sustentarunt foliis fructibusque hujus arboris, ac præsertim Ternatenses hos maxime ad cibum adhibent. Aquam, in qua fructus ac folia incocta sunt, Indiæ epotant mulierculæ, si tempus puerperii adfit, compertum enim est, foetum quam maxime depurare a naturali muco, præsertim si matres tales nimium fructus vel pituitosos cibos comedierint, semi-maturi autem fructus coquendi sunt, qui enim penitus sunt maturi, arenulosi quasi sunt. Ex corticis libro fila quædam tenuia fabricari possunt, uti sunt retium, similiaque. Idem cortex cum radice *Socci Batu* aquæ incoctus, & propinatus Dysenteriam curat, per stipites propagari possunt hæ arbores, unde & sæpe ad hortorum sepes adhibentur.

Caju Djurang in Java crescens est *Gobi* latifolia, cujus folium decem pollices longum est, octo digitos latum, non ferratum, sed obtusis dentibus notatum, ab utraque parte rugosum, sed maxime ab inferiore ipsorum parte, ubi venæ fuscæ sunt. Truncus vix ultra crus crassescit, parvosque gerit fructus, nec ita rugosus quam vulgaris *Gobi*,

Deze soorte werd wederom onderdeeld in witte en roode soorte, aan gedaante van bladeren en vruchten niet veel van malkander verschillende, waar van 't eene heeft witte en ligt-groene aderen en ribben aan de bladeren, en de vruchten ligt-groen, aan 't andere zijn de aderen of ribben wat roodachtig of bruyn, als mede de vruchten. Deze breedbladige, byzonderlyk aan de jonge boomen, heeft zomtyds bladeren 14. duymen lang, 8 dito breed, voor breeft, aan de kanten met weinige donkere boeken, of bykans effen, aan wederzyden ruyg, als steekelen, dog aan de oude boomen werdenze glad aan de boven-zyde.

Ten tweeden: Het kleenbladige Gohi, 't welk men voor 't manneken houd, heeft bladeren 5. 6 en 8. duymen lang, en 3. vingers breed, met een lange spits, aan de kanten niet gezaagt, behalven die van de jonge bomen, die wyde tanden hebben, dog in 't agterwaarts stryken voelt men korte doorntjes; aan sommige zijn de kanten ook bochtig, boven glad, van onderen ruyg, en by den steel stoten 3. zenuwen t'zamen, waar van de 2. ter zyden dicht langs de kanten lopen, voorts met fyne adertjes uytgevult, gelyk de *Varinga*. Uyt ieder schoot hangt een vrucht, gelyk de *Siri Boppar*, dog kleender, en zo rond en groot als een roer-kogel, buyten groen, en met wit gepuncteert, ruyg en bykans steekelig als men ze agterwaarts strykt, van binnen met korls uytgevult, als *Siri Boppar*. Uyt de afgebrokene loopt veel witte melk, uyt de bladeren weinig.

Deze soorte is mede onderdeelt in roode en witte, zynde 't onderscheyt alleen te merken in de couleur der aderen.

Nog heeft men een derde soorte van Gohi, 't welk men het gladdere noemt, van de voorgaande merkelyk verschillende, want de bladeren zijn langwerpig, allengskens toegespitst, in de midden breedst, en agter toegebild, alwaar ook 3. zenuwen te zamen stooten, gantsch glad aan bladeren, steelen, en vruchten, voorts 't smalbladige *Hahuol* cap. 7. beschreven, zo gelyk, dat ik 't liever daar onder wilde brengen dan onder de Gohi, dog ik moet hier in mede de fleur volgen.

Sayzoen. Alle Gohis dragen haare vruchten in Juny, en de volgende regen-maanden.

Naam. In 't Latyn *Caprificus Amboinica aspera*. Op Maleys en Ternataans Gohi. Amboinisch op Hitoe *Sajor Wassa*, en slegts *Wassa*. Op Leytimor *Utta Sasium*, dat is *Kook-Sajor*. Baley's *Haüt Adam*. Sommige Macassaren noemen hem *Krotje*, beyde namen gemeen met het bovenstaande *Caprificus angustifolia*, en 't volgende *Mussu*.

Plaats. Hy wast meest in de Moluxe Eylanden, ook vind men hem op andere plaatzen van water-Indiën, op Java, Baley, &c. doch de ruyg soorte is daar zo bekend niet als hier in de Oostersehe quartieren.

Gebruik. Beyde soorten werden in de kost gebruykt, namentlyk de jonge bladeren die nog week zijn, 't zy raauw met *Bocassan*, 't zy gekookt met andere *Sajor*, maar de vruchten kan men niet raauw eeten, dies men dezelve sterkerlyk in water opkookt, tot dat ze week worden, alvorens de ruyg se belle afvryvende, of affnydende, en dan is 't nog een kostje voor arme luyden, te weten by gebrek van andere kost; 't is dan wel een goed bebulpmiddel als men op eenzame Eylanden, of in 't bosch vervalt, en ik kenne wel Inwoonders, die door onweder op zodanige plaatsen gevoerd zynde, 't leven lang onderhouden hebben met de bladeren en vruchten dezes booms, inzonderheid by de Ternatanen is hy in groot gebruyk tot de kost. Het water, daar de bladeren en vruchten in gekookt zijn, drinken de Inlandse Vrouwen, en eeten dezelve als ze op 't uytterste swanger gaan, want zy hebben ondervonden, dat 't zelve de vrucht zeer reynigt van de natuurlyke slymerigheid, inzonderheid als de moeders van eenige vruchten of slymerige kost gesnoept hebben, men moet altyd de half-rype vruchten nemen tot koken, want de gebeele rype zijn wat zandig. Uyt de binnenste bast van de schorsse, kan men ook eenige dunne touwen, als *Visch-lynen*, &c. maken. Dezelfde schorsse met de wortel van *Socum Batu*, in water gekookt en gedronken, geneest de roode-loop, men kan deze bomen planten met stokken, daarom ze dikwils tot thuyt-staken gebruykt werden.

Caju Djurang op Java, is een breedbladige Gohi, het blad 10. duymen lang, 8. vingers breed, ongekerft, dog met stompe tanden, te weder-zyde ruyg, dog meest van onderen met bruyn aderen. De stam werd niet boven een dye dik, met kleyne vruchten, zo ruyg niet als 't gemeene Gohi.

Ejus liber seu cortex internus cum *Aniso* & *Palassari* contritus, ejusque succus inflammatis instillatus oculis ardorem tollit & curat illos. Granula quædam resinosa seu gummosa aliquando, sed raro in hac inveniuntur arbore; Javanice *Blondoe* dicta, quæ carissima sunt. Hæc in aqua macerata propinantur contra omnes istos morbos, qui ex inflammatione ortum ducunt, depurantque probe puerperas post partum.

Rumphius in *Adpendice* hæc adnotavit.

Parvifoliæ fructus dissecti & a granulis depurati, atque cum saccharo calefacti, gratum præbent cibum.

Tabula Nonagesima Quarta

Ramum exhibet *Caprifici asperæ latifoliæ*, *Gobi Daun Bezaar* dictæ.

OBSERVATIO.

Videtur hæc esse *Teregam H. Malab. part. 3. Tab. 60.* quæ in notis vocatur *Ficus Malabarica* foliis rigidis, fructu rotundo, lanuginoso, flavescente, Cerasi magnitudine, ut & in *Commel. Fl. Malab. pag. 29.*

CAPUT DECIMUM.

Caprificus viridis. Mussu.

Hæc arbor mixtam gerit formam proxime antecedentis *Gobi*, & subsequenter *Siri Boppar*. Ejus folia optime illa *Siri Boppar* referunt, sed sunt angustiora, a sex ad novem pollices longa, tres & quatuor lata, inferius sensim angustata, superius & in medio latissima, ac subito in apicem definitia, superne glabra, inferne protuberantes & obliquas multas gerentia costas, ad tactum quodammodo rugosa, ac tenuibus cancellatisque venis pertexta, instar *Varingarum* omnium.

Fructus racemosi arcte dependent ex ramis, rotundi, ac paulo minores globulo sclopeti, externe virentes ac punctulis notati, inæquales, ac fovea superius notati, interne duriuscula repleti carne ac granulis instar *Hahuol*, circa mediam vero cavitatem obscure rubent, dulcioremque habent saporem quam *Hahuol*. Petioli ac folia raro repleta sunt lacte, quod in fructibus copiosius est, & siccum flavescit, si rami nempe per noctem fuerint abrupti: Fructus Augusto observantur, amatque frigidas valles, & planas silvas.

Hujus & altera minor invenitur species, in perfectam excrescens arborem, ejus autem folia non ultro palmam longa sunt, immo breviora & latiuscula, copioso turgida lacte, sordide albicante, instar illius *Siri Boppar*: Ejus fructus sunt pusilli, magnitudine piforum fuscorum, copiosi ex ramis dependentes, externe obscure virentes, punctulisque notati, arboresque hæc satis crassos gerunt truncos, non autem sunt altæ, ramosque suos extendunt ample & irregulariter. Fructus vero plerumque per totum conspiciuntur annum in ramis, crescunt autem juxta fluminum ripas in sterili solo.

Nomen. Latine *Caprificus viridis*, quum ejus fructus sint semper obscure virentes; Amboinice *Mussu*: Secunda species nondum proprium & peculiare sortita fuit nomen, nisi quod Amboinenses hanc pro parvifolia habeant *Mussu*; interim mihi dicitur *Caprificus riparia*.

Locus. Ubique in imperio Amboinensi occurrit, uti quoque in *Baleya*.

Usus. Tenera folia, lacte rubentia, cruda eduntur ad *Bocassan*, & piscibus adcoquantur instar oleris, fructus itidem eduntur tam crudi quam cocti, & *Baleyenses* hos tantopere expetunt, quam Amboinenses & *Moluccani* illos *Gobi*, aliosque silvestres *Ficos*:

Zyn binnen-bast gewreven met Anys en Palassari, bet zap in verbitte en roode oogen gedroopen, geneest dezelve. Zelden vind men eenige gryntjes bers of gom daar aan, op Javaans *Blondoe* genaamt, 't welk zeer duur is. Het zelve in water gelegd, werd gedronken tegens allerhande ziekten, die uyt bitter ontstaan, en zuuyvert mede de *Kraamvrouwen* na 't baren.

Rumphius heeft in het Byvoegzel dit ter neergestelt.

De vruchten van de kleenbladige opgesneden, de korrels daar uyt genomen en met Suyker gestoofd, geven een aangename kost.

De vier-en-negentigste Plaat

Vertoont een Tak van de ruige breedbladige wilde *Vygeboom*, *Gobi Daun Bezaar* genaamt.

AANMERKING.

Deze *Vygeboom* schynt te zyn de *Teregam* van de *Horz tus Malab.* derde deel *Tab. 60.* welke in de adnotatie genaamt wert *Malabaarsche Vygeboom* met ruige bladeren, en een ronde wollige geelachtige vrucht, in de grootte van een kars, als meede in de *Flor. Malab. pag. 29.*

X. HOOFDSTUK.

De Vyge-boom met groene vruchten.

Deze boom heeft een gemengt fatsoen van de naastvoorgaande *Gobi*, en de volgende *Siri Boppar*. De bladeren gelyken ook na *Siri Boppar*, dog zyn smalter, van 6. tot 9. duymen lang, 3. en 4. breed, agterwaarts allengskens toefmallende, na voren en in de midden breeft, en schielijk in een spits eyndigende, boven glad, van onderen veel uytstekende, en schuynze ribben hebbende, wat ruig in 't aantasten, en met fyne ader-tjes ruytsgewys doorweven, als alle *Varingas*.

De vruchten hangen in trosjes gedrongen by malkander aan de takken, rond, en wat kleender dan een *Musquet-kogel*, buyten groen, met eenige spikkeltjes, oneffen, en met een kuyltje voor op, van binnen met een bardachtig vleesch, en kortjes als *Hahuol*, dog omtrent de middelste bolligheid zynze donker-rood, van smaak wat zoeter als die van *Hahuol*, de steelen en bladeren hebben weinig melk, de vruchten wat meerder, en droogt bykans geheel op, als de takken een nacht afgebroken zyn. De vruchten ziet men in *Augustus*, en 't wast geern in koele *Valeyen*, en in vlakke bosschen.

Daar is nog een kleene zoorte, mede een volslage boom werdende, dog de bladeren zyn niet boveeen hand lang, de meeste korter, en breedachtig, veel melk uytgevende, die wyl-wit is, als die van *Siri Boppar*. De vruchten zyn kleen, in de grootte van graauwe erweten, overvloedig langs de takken staande, buyten donker-groen, en mede met pukkeltjes bezet; de boomen hebben redelyke dikke stammen, dog werden niet hoog, en breyden hun takken wyd en ongeschikt uyt. De vruchten ziet men meest 't gebele jaar door aan de takken, en zy wassen langs de oevers van de rivieren, op een magere grond.

Naam. In 't Latyn *Caprificus viridis*, om dat zyne vruchten altyd donker-groen blyven. Op Amboinisch *Mussu*. De tweede zoorte heeft nog geen eygen naam, als datze de Amboinezen voor een kleenbladige *Mussu* houden. Ik noemze by provisie *Caprificus riparia*.

Plaats. Men vindze overal in 't Amboinische gebied, als mede op *Baley*.

Gebruik. De jonge bladeren, die ligt-rood zyn, werden raauw gegeten tot *Bocassan*, en by *Visschen* gekookt, als ander moeskruyd; zo werden ook de vruchten gegeten, zo veel raauw als gekookt, en de *Baleyers* maken daar zo veel werks van als de Amboinezen en *Moluccanen* van 't *Gobi*,